



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,  
opusculum:||**

**Clicthove, Josse**

**Coloniae, 1527**

**VD16 C 4208**

Per haec d[omi]ni uerba, spiritus est quiuificat: caro no[n] prodest  
q[ui]cq[uam] nequaq[uam] prohiberi aut negari ma[n]dicatione[m]  
corporis Christi] sacramentale[m]. XVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30220**

¶ Per hæc domini uerba, spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquã. nequaquã prohiberi aut negari manducationem corporis Christi sacramentalem. Cap. XVII.

**V**icesima octaua aduersarij obiectio. ¶ Ante omnia ne tam crassum quiddam de cœna dominica sentiamus: uerbũ dñi, spiritus uiuificat: caro nihil prodest. tanq̃ angelus igneo gladio armatus obsistit. Etem breui illo dicto, nõ minus a carnali manducatione abducimur: q̃ Nicode. ne carnalem regenerationem animo suo conciperet, cũ diceretur ei: Quod ex carne est, caro est. Et sicut infusum foret, si quis pro Nicodemo argutaret. carnem sensis, uisibili mō in uterq̃ ingredi denuoq̃ nasci: non assenserim: sed potentia dei eam inuisibiliter introire & renasci: forte nihil prohibet. quis illum non rideret? In genere. n. cauetur, ne quid tale sentiamus: dũ dicitur. Quod ex carne est, caro est. Hæc Oecolampad. ¶ Responsio. Hæc tota ratiocinatio: ex uerbis illis domini, pronunciantibus spiritum esse qui uiuificat, & carnem nihil prodesse perperam intellectis, proficiscitur ac procedit. Nõ. n. illa uerba de māducatione carnis Christi intelliguntur: neq̃ designant illam nihil prodesse. Alioqui contraria essent uerbis illis Christi: paulo ante præcedentibus. Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem: non habebitis uitam in uobis. Si. n. nullũ salutis afferret profectum manducatio carnis Christi: cur eam dominus sub interminatione iacturæ propriæ salutis, fieri iuberet? Præcipit aut̃ sub graui cōminatione: il

¶ 1

¶

¶

¶ Ioan. 6

¶

¶

¶

¶

¶ Ioan. 3

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶ 2

¶

¶

¶

¶

¶

¶ Ioan. 6

## DE SACRAMENTO

Recta uer-  
borū dñi  
de carne et  
spū intelli-  
gentia

Iam manducationem frequentari debere. Prodest  
igitur quicūq; sumpta Christi caro. Nō. n. aternam  
eius sapientiam deceret: quippiam inutile nulliusq;  
fructus, tam districte faciendum imponere. Sed in  
prædictis dñi uerbis: per spiritū accipi debet spiri-  
tualis & recta uerborū eius ante dictorū de man-  
3 catione suæ carnis, intelligentia: per carnem uero,  
sensus eorundem uerborū carnalis & crassus: quē si  
bi confingunt carnaliter audientes. ut hæc habe-  
tur eorū sententia. Spiritualis intellectio meorū uer-  
borū quæ protuli de manducanda mea carne, mō  
s. sacramentali & inuisibiliter, licet uere corpora-  
liter: uiuificat mentes auditorū. Carnalis uero audi-  
tio atq; acceptio illorū uerborū: concipiens animo  
manducationem meæ carnis in frustra dilanandæ  
& per particulas sub forma uisibili distribuendæ:  
non prodest. Verba autem quæ uobis locutus sum de  
illius manducatione: spiritus & uita sunt. i. spiritua-  
liter intellecta de uera meæ carnis manducatione,  
3 uiuificant mentes spiritualiū auditorū. ¶ Porro hanc  
esse illorū uerborū intelligentiam: ostendit euange-  
lica lectio proxime præcedens. Nam cū sermonē  
dñi ante habitum de manducatione carnis filij ho-  
minis: carnaliter & stolide ac stupida mente acce-  
pissent quidam ex discipulis eius, & dixissent. Du-  
rus est hic sermo: & quis potest eum audire: quæ pu-  
tarent carnem eius manducandam esse sub forma  
uisibili crudæ carnis: & sanguinem ipsius sub for-  
ma conspicua cruoris etiam hauriri debere, ab hac  
crassa & supinæ mentis intelligentia illos abduce-  
re uolēs ipse magister optimus: proposuit rectum  
suorū uerborū sensum, & quonam pacto essent il-  
la accipienda, subiicit, dicens: Spiritus est qui uiui-

Ioan. 6

ficat: caro non prodest quicquid. Verba quæ ego locutus sum uobis: spūs & uita sunt. ¶ Confirmat & eandem interpretationem Chrylostomus: homel. 46. super Ioannem, his uerbis: Spiritus, inquit, est qui uiuificat: caro non prodest quicquid. Hoc est, secundum spiritum uerba mea audienda sunt: qui secundum carnem audit: nihil lucratur, nihil utilitatis accipit. Carnale est, dubitare quomodo de cælo descendit, & Ioseph filium arbitrari: & quomodo possit carnem suam dare ad manducandum. Hæc inquam omnia, carnalia: quæ mystice & spiritualiter intelligenda sunt. & quomodo potuerunt intelligere: quid esset carnem manducare? Expectare igitur eos oportuit, nō discedere: interrogare, nō desperare. Verba quæ locutus sum uobis: spiritus & uita sunt. Spiritus, hoc est, spiritualia, nihil carnale, nullam naturalem consequentiam habentia: sed omni hac terrena necessitate, & huius uitæ legibus libera. Est & alius sensus. Sicut in hoc loco spiritus pro spiritualibus posuit: ita cum carnem dicit, non pro carnalibus sed pro carnaliter audire assuetis accipit, eos significans: qui semper carnalia desiderabant, cum spiritualia desiderare oporteat. Nam si carnaliter ea quis acciperet: nihil sane lucraretur. Quid igitur: caro non prodest quicquam? Non de ipsa carne dicit: Absit: sed de ijs qui carnaliter accipiunt quæ dicuntur. Quid autē est carnaliter intelligere? simpliciter ut res dicuntur: neq; aliud quippiam excogitare. Nō enim ita iudicanda sunt quæ uidentur: sed mysteria omnia interioribus oculis consideranda, hoc est spiritualiter. Qui non manducat carnem meam & bibit meum sanguinem: non habet uitam in semetipso. Quomodo nihil prodest caro: sine qua nemo potest uiuere.

4  
Chrylost:

Ioan: 6

Ibidem

## DE SACRAMENTO

- Vide q̄ ea particula, caro non prodest quicq̄: non de ipsa carne, sed carnali auditione dictū est. Hæc
- Augustin.** § Chrysoſt. ¶ Cui accedit & August. super Ioannē hūc euangelij locum ita exponens. Quid est q̄ ad iungit. Spiritus est qui uiuificat: caro non prodest quicq̄: Dicamus ei. patitur. n. nos, nō contradicentes: sed nosse cupientes. O domine magister bone: quomō caro non prodest quicq̄: cum tu dixeris. Nisi quis manducauerit carnem meam & biberit sanguinem meum: non habebit in se uitam. An uita non prodest quicquam? Et propter quid sumus quod sumus: nisi ut habeamus uitā æternam, quā tua carne promittis? Quid est ergo, caro non prodest quicquam? Caro non prodest quicquam: quo modo illi intellexerunt carnem. Quippe sic intellexerūt: quo modo in cadauere dilaniatur, aut in macello uenditur, non quo modo spiritu uegetatur. Proinde sic dictum est, caro non prodest quicq̄: quo modo dictum est: scientia inflat, sola siue charitate. Igitur adiūgitur: charitas uero ædificat. Adde ergo scientiæ charitatem: & utilis erit scientia, non per se sed per charitatem. Sic etiam nunc, caro nō prodest quicquam: sed sola caro. Accedat spiritus ad carnem, quo modo accedat charitas ad scientiam: & prodest plurimū. Nam si caro nihil prodesset: uerbum caro non fieret, ut habitaret in nobis. Hæc Augustinus. Eandem quoq̄ assignat explanationem illorum domini uerborum Nicolaus Lyranus: in prædicti loci euangelici expositione. Quæ recte iuxta prædictorum illustriū autorum sententiam intellecta, non modo nostram non infirmant assertionem: sed & eandem plurimum corroborant. ¶ Quod uero subiungit aduersarius de uerbis domini nostri ad Nicodemum prolatis, ut
- Ioan. 6**
- 1, Cor. 8**
- Ioan. 1**
- Nic. Lyr.**
- Ioan. 3**

eū a carnali suorū uerborū intelligentia ad spiritua-  
lem traduceret: maiorem in modū partem nostrā  
cōfirmat. Sicut em̄ illic Nicodemus, Christi magi-  
sterio edoctus est de spiritali regeneratione tantū  
accipienda esse eius uerba: q̄ de carnali & corpora-  
li, semel & iterū ipse intellexerat. sic & ad spiritua-  
le intellectū reuocanda sunt hęc dñi uerba: de mā-  
dicatione suæ carnis. q̄ tñ ueram corporis dñici  
manducationem non deneget: sed eam mō quodā  
spiritali & sub aliena specie. s: sacramentali faci-  
endam, admittat. Hinc deprehenditur non omni-  
moda esse similitudo inter regenerationem illam  
spiritualem, de qua dominus ad Nicodemum  
uerba facit: & manducationem sacramentalē cor-  
poris Christi. Nam regeneratio spiritalis solam  
concernit animam: & circa eam agitur ipsius ener-  
gia & uis non autem circa corpus hominis: quod  
iam per natiuitatem carnalem omnino prodijt in  
lucem. Hinc si quis diceret, diuina uirtute homi-  
nem posse inuisibiliter (ut ait obiectans) rursus  
subire uterum maternum secundum carnem, &  
iterum nasci: ridiculus esset, nec quicquam affer-  
ret quod ad rectum eorum uerborum domini sen-  
sum faceret. cum illa de corporali regeneratione  
nequaquam debeant accipi: neque uisibiliter neq;  
inuisibiliter facienda. Manducatio uero sacratissi-  
mæ Christi carnis, non solum spiritaliter: sed &  
corporaliter fit, atq; secundum ueram corporis  
eius substantiam. Et illa, diuina fit uirtute: & inui-  
sibiliter, sub forma panis, non enim uisibili modo  
sub sua naturali specie: illa nostris exhibetur obtu-  
tibus. Non igitur apta proportione, illa duo, dege-  
nerationē scilicet spiritalē & mādicationē sacra-  
mentalē corporis Christi: in præsentī obiectiōe ad

Nō omni-  
no simile  
esse iudici-  
ū de regna-  
tiōe spiri-  
tuali &  
mādicatione sacra-  
mentali.

DE SACRAMENTO.

7 inuicem comparat Oecolāpadius. ¶ Vicesima no  
 na obiectio. Dñs noster in eo euangeliij loco ubi de  
 Ioan. 3. 7 regeneratione nobis necessaria disserit: ad Nicode  
 77 mum inter cætera dixisse scribitur. Quod natum  
 77 est ex carne: caro est. Ex quo consequens est, & id  
 77 q̄ carne: nascitur: esse carnē. Si igitur aīa nostra car  
 77 ne Christi secundū substantiā nascitur: hæc alimo  
 77 nia eam reddet carnalē- & ex carnis cōpactā sub  
 77 stantia aut corruptelis carnis subiectā. quod eius  
 77 minime cōuenit habitudini: cū natura spiritalis  
 77 sit, & secundū spiritū uiuere debeat. Idē etiā legis  
 77 euangelicæ fūditor Christus, cōestatus est: quod  
 Matt. 15 77 intrat in os, non coinquinare hominē. Ex quo cōsi  
 77 mili prorsus ratione cōficias: quod intrat in os, eti  
 77 am nō sanctificare hominē. quod & p̄ illa dei uer  
 77 ba apud Hieremiā cōprobatur. Quid est (inquit)  
 77 quod dilectus meus in domo mea facit scelera mul  
 77 ta? Nunquid carnes sanctæ auferent a te malitias  
 77 tuas: in quibus gloriata es? Frustra igitur asseritur  
 77 sub eucharistia sumi uerū Christi corpus in cibū:  
 77 ad sanctificationem animarū. Si enim uera adest in  
 77 Christum fides: sup̄uacanea est omnis externa mā  
 77 ducatio, aut symbolorū sumptio. Hæc Oecolāpa  
 77 dius. ¶ Responso. Familiare est ijs q̄ puicaciter ue  
 77 ritati contendunt obluētari, suaque asserta contra  
 77 communem fidelium sententiam defērare: scriptu  
 77 ram sacram ad alienum & prorsus uero repugnā  
 77 tem detorquere sēsū, quo uideatur ipsa fauere &  
 77 deseruire eorū impietati. Qd̄ & hic factitatur non  
 77 semel: Oecolāpadius. Nā hanc propositionē euan  
 77 gelicā. quod natū est ex carne: caro est. de genera  
 77 tione tantū secundū carnē, intelligendā: hic inepte  
 77 suo accomodat proposito. tanquam necessarium  
 77 foret, si ueram Christi carnem in eucharistia man

ducamus: ex ea etiam carnis substantiam in nobis generari. quod non solum a uero: sed & ab omni pietate abhorret. Non enim transit sacra Christi caro manducata, in corporis aut animæ nostræ substantiam, more cibi corporalis: qui sumptus, uirtute naturali transmutatur in corpus sumentis per nutritionem. Sed sumpta in eucharistia caro dominica, e diuerso animam manducantis in se transformatur secundum qualitates salutes: & modo quodam reddit deiformem. ut ignis ferrum sibi injectum suis afficit proprietatibus: atque quantum ad qualitates in se transfert, secundum illam domini uocem, ad beatum Augustinum cœlitus delatam & ex Hugone de sancto Victore ante adductam. Cibus sum grandium: cresce & manducabis me. nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tuæ: sed tu mutaberis in me. Non igitur per sacrae eucharistiae manducationem, anima sumentis eam fit carnalis: neque secundum substantiam, neque secundum uitiosas carnis concupiscentias. Quin potius illis repurgatis atque repressis, traducitur ipsa in uitam spiritualem: quemadmodum cibus illic uiuificus spiritali sumitur modo, & uere spiritalis est. Secunda præterea propositio, in præsentis obiectio ne adducta: de cibo tantum corporali, crassoque & solido, qui ad corporis nostri alimoniam, secundum corpulentam uisibilemque sumitur substantiam: est intelligenda. Etenim talis cibus neque coinquinat hominem manducantem, neque sanctificat: quantum est ex se & sua natura. quamuis propter annexam alienam habitudinem animi: plerumque adcoinquinationem aut sanctificationem non nihil faciat. Vt si sumatur cibus modo & tempore minus debito, per ingluuiem & crapulam: aut si uetitus

Ex ca p. 12  
ub.  
huius.

Vox de  
cœlo ad  
Augusti  
delata:

Quo cibus  
coinquinat  
aut sancti-  
ficat homi-  
nem.

## DE SACRAMENTO.

accipiatur, ut carnes feria sexta, aut in coena diebus ieiuniorum ab ecclesia indictis. Huiusmodi namque cibus, propter inobedientiam dicitur quodammodo & tanquam instrumentum quoddam pravae actionis contaminare hominem: proinde atque fructus arboris uetitus, primos inquinavit parentes nostros.

Gene. 3:

E contrario uero si sumatur esca corporalis secundum rectae rationis determinationem, & modo & tempore congruo, & sanctificatus per orationem atque prauiam benedictionem: sanctificare dicitur ille sumentem, quoniam illius sanctificandi materia est & instrumentum. Verum ea propositio euangelica properam applicatur ad summptionem eucharistiae: quae corporalis non est cibus, nec more aliorum ciborum, corpori nutriendo accommodandus, sed animae est nutrimentum, spirituale quidem & mysticum: tamen si ueram corporis Christi substantiam in se re ipsa continet.

Eucharistiam suapte natura sumentem sanctificare: modo seipsum probauerit

10

Quocirca suapte natura cibus ille sumentem sanctificat (quoniam in ea continetur sanctus sanctorum & totius sanctificationis auctor & largitor) modo cum debita animi praeparatione & digne sumatur

¶ Quod si quis minus praeparatus & uitij nequaquam expurgatus, ingerat se irreuerenter mensae dominicae, panemque illum caelestem tentat illotis (ut aiunt) manibus accipere: is sanctificationem non consequitur, sed damnationem sibi acquirit.

Hiere. 11

Non quidem, quia uia noxius sit ille cibus: sed quoniam a magno, illum de se suapteque natura bonum, peccator indigne praesumit accipere. Et de talibus impudenter carnes sanctas sine sui expiatione contingere audentibus, loquitur dominus per Hieremiam, & denunciat carnes sanctas nequaquam ablaturas scelera de quorum commissione gloriantur qui ea perpetrarunt, tantum abest, ut illos ducantur poenitudine:

